



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 98. Hispaniæ Regis literæ circa Synodi continuationem, & Residentiæ articulum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæc. XVI.  
A.C. 1562.

nem: de cetero autem de præteriti  
nullam omnino indignationis memo-  
riam conservare vellet.

## §. XCVIII.

*Hispaniæ Regis literæ circa Synod  
continuationem, & residentia  
articulum.*

Fallav. c. 13. Huic utriusque Legati reconciliationi  
n. 2. plurimum conferebat Hispaniæ Re-  
Sarp. p. 525. gis epistola ad Marchionem Piscarium  
Lettr. de Lanfau quam quidam Nuntius ad Marchionis  
Roi 24. Secretarium nocte, quæ præfatam con-  
Jull. 1562. cordiam præcedebat, attulerat, porro  
Mém. pour le in ea significabat hæc Philippus Rex:  
Concil. de „intellexi, quod Synodi continuatæ de-  
Trente „claratio Cæsari, ac Galliarum Regi  
p. 265. &  
suiv. „permolesta accideret, adeo, ut etiam,  
„si in hoc proposito persisteretur, Syno-  
„di dissolutio timenda esset, quo-  
„circa hanc continuationis declaratio-  
„nem ulterius a meis urgeri haud am-  
„plius volo, dummodo vicissim hoc Con-  
„cilium nova esse Synodus disertis  
„verbis non diceretur, sed prout cæ-  
„ptum fuit, ita etiam continuaretur, quin  
„tamen alia novæ inductionis declara-  
„tio fiat. „ Insuper idem Rex circa re-  
sidentiæ caput suis Episcopis signifi-  
cabat, quod quidem eorum conatus,  
quibus hunc articulum esse juris divini  
decla-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

declarari petebant, probe sibi cognitos  
haberet, hacque in re eorum studium,  
ac Religionis fervorem commendaret,  
de cetero tamen ejusmodi declaratio-  
nem in præsenti rerum vicissitudine mi-  
nime necessariam censeret, ac proin  
hanc quæstionem ulterius urgeri pro-  
hiberet: (\*) Ceterum hæc Rex, prout  
inquit Lansacus in sua ad Reginam Ma-  
trem epistola, duntaxat Papæ compla-  
cendi studio fecit: haud enim ignora-  
bat, quod hanc quæstionem æque, ac  
ceteras omnes, quæ speciatim Curiam  
Romanam tangunt, vel maxime cordi  
habeat, palamque profiteatur, quod i-  
psus, quin Synodus fœse ingereret, suam  
Aulam emendare vellet, atque optaret,  
ut controversiæ de residentia, & com-  
munione sub utraque specie, aliæque  
quæstiones in dubium vocatæ ad Pa-  
trum Senatum Romam revocaren-  
tur

(\*) Ecce, rursus Regem Catholicum, ac  
Principem Christianissimum, qui privatum suum,  
suorumque iudicium Synodi sedisque Apo-  
stolicæ judicio tanquam verus Ecclesiæ filius  
subjicit, quam tamen submissionem, cum O-  
rator Gallus, si tamen hæc illius epistola non  
ad ævi genium a malevolis mere conficta est,  
negare non posset, saltem finistra interpreta-  
tione commaculare nitebatur.

**Sæcul. XVI.** tur ibidem decidendæ: „Exinde a.  
A C. 1562. „tem, prosequebatur Lansacus, Veltin  
„Majestas facile judicare valebit, quo  
„omnes nostræ sollicitudines, quas ho  
„in negotio impendimus, tantum id  
„quod Pontifici placuerit, impetratu  
„ræ fint, cum in Synodo contra Pape  
„voluntatem nil approbari prævidea  
„mus; sancitum enim est, quod omnia  
„per Legatos proponantur, aliunde ve  
„ro Episcoporum potissimi natione sunt  
„Itali, atque eorum non pauci penso  
„num beneficio Pontifici obstricti: Hi  
„spani quoque, qui antea ingens refor  
„mandi studium præseferebant, nunc  
„tepscere incipiunt, postquam a Rego  
„suo circa residentiæ articulum manda  
„ta acceperunt (\*).

Postquam Hercules Pagnanus, qui  
Mediolanensi Gubernatori a secretis e  
rat, hanc Epistolam Hispanis monstrat  
set (\*\*), eamque Granatensis Archiepiscopu

(\*) Ex Galli cantu noscitur avis.

(\*\*) Rursus nimium aperte proditur suble  
cta fides Continuatoris, qui, ut calumniose  
Lansaci epistolæ auctoritatem conciliaret, eam  
ab Hercule Hispanis ostensam, atque a Gra  
natensi perceptam fingit, cum tamen nequa  
quam de Galli hujus Oratoris epistola, sed de  
litteris Hispaniæ Regis in priori §. allatis ser  
mo

copus recitari percepisset, mox hic ex- Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.  
clamabat: *Bene est: Pontifex hanc defi-*  
*nitionem minime vult, & Rex, quanti illa*  
*intersit, minime scit. Ejus consiliarii sunt*  
*Archiepiscopus Hispalensis, & Episcopus*  
*Conchenensis, qui mansionem non curant: equi-*  
*dem obsequar, a contestatione abstinendo,*  
*sed non desistam ab hujus declarationis po-*  
*stulato, quoties opportunitatem nactus fue-*  
*ro: in quo Regem haud offendum iri cer-*  
*te scio.*

Pariter ex Regis Catholici epistola  
articulus de Synodi continuatione Cæ-  
sariorum, Regisque Franciæ Oratoribus mon-  
strabatur, qui responderunt, enimvero  
non requiri, ut Synodum continuari ver-  
bis exprimeretur, cum id opere satis  
manifeste declararetur.

### §. XCIX.

#### *Papæ responsum ad Episcopos transmissum.*

Die decima nona Julii Lancianensis Pallav. c. 13.  
n. 3. ex lit.  
scrip. ad  
Borrom.  
Archiepiscopus responsum attulit  
ad literas, quibus Itali Antistites ad Pa-  
pam scriptis, res a se gestas in disputa-  
tione circa residentiam excusabant:  
porro

mo fuisset factus, atque Granatensis contra  
has ea protulisset verba, quæ mox referuntur,  
Vide Pallav. part. 2. lib. 17. c. 13. n. 2.